



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Sect. II. De Claßibus inferioribus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

qui communis sit, Ordinem studiorum se-
 se componant. *f* At Provincialis partes
 sunt, excubare, ut omnes Regulæ, quæ
 ad Rationem Studiorum pertinent, obser-
 ventur. Quod si alicubi mutandum aliquid
 censeret, referat ad Generalem. *g* Confe-
 ctus igitur is Ordo, magno, ac diuturno
 labore, à sex Patribus deputatis, non se-
 mel in Provinciis examinatus, atque ex-
 perientia probatus, auctus etiam Decretis
 plurium Congregationum, *h* à multis jam
 annis dirigit Societatis Scholas.

f P. 4. c. 6. E &
 K. & c. 7. §. 2.
 & c. 13. §. 1. 2.
 3. & A. & C.
 & §. 5. & c. 15.
 C. D. & c. 17.
 § 8. & M.
g St. R. Prov.
 38. 39.

h Præf. ad Rat.
 St. & Hist. Soc.
 p. 5. l. 4. In. &
 C. 6. D. 41.

SECTIO II.

De Classibus inferioribus.

1. **Q**Uamquam alios instituere in le-
 gendo, & scribendo opus Carita-
 tis esset; tamen, propter Personarum So-
 cietatis penuriam hoc ordinariè docere non
 consuevimus; & universè illud curandum
 est, ut quando Scholæ pauciores sunt; al-
 tiores semper, quoad ejus fieri potest, re-
 tineantur, sublatis infimis. *i* Nostra autem
 mens esset, ut in Collegiis communiter
 Literæ humaniores, ac linguarum prælege-
 rentur, *l* cum hac ratione animarum auxi-
 lium, præsertim adolescentium, summe-
 perè promoveri compertum sit. *m*

*Literæ huma-
 niores potissi-
 mùm tradenda.*

i P. 4. c. 12. C.
 & St. 1. R.
 Prov. 21. §. 1.
 & 4.
l P. 4. c. 5. §. 1.
 & c. 7. B. & C.
 12. §. 2. & B.
m In. 20. in it.
 & C 7. D. 26.
 §. 1.

*Quot Classes,
& quarum lin-
guarum insti-
tuenda.*

n P. 4. C. 12. §.
2. & C. 13. B.

o P. 4. C. 6. §.
5. & D.

p St. R. Prov. 8.

q C. 8. D. 16.

r P. 4. C. 12. §.
2. & B.

s St. R. Prov.
23.

*Quomodo ea-
dem dividenda,
contrahenda.*

2. Tres ordinariè erunt Præceptores in tribus Grammaticæ classibus; quartus humaniores Literas; quintus Rhetoricam prælegat: & in horum classibus Græca lingua, & Hebraïca, & si quæ alia disceretur, est prælegenda. n Sed quia pro Varietate causarum, & Personarum linguæ sacrae priùs, aut posteriùs explicari possunt, o ut Hebræa in Theologica Classe traderetur institutum est. p Quoad literas autem Græcas attinet; propter earum multiplicem utilitatem, Generali enixè commendatum est; ut earum curam non in minimis suæ providentiæ partibus collocet. q Aliarum præterea linguarum, qualis est Chaldaïca, Arabica, & Indica, ubi utiles ad eos populos juvandos viderentur, Præceptores institui possent. r In Latina verò docenda, Provincialis dabit operam, ut nostri Magistri utantur Grammaticâ Emmanuëlis. s

3. Quod si tantum negotii aliquæ Classes exhiberent, ut unus Magister eis solus non satisfaceret, Adjutor aliquis ei adjungatur: & si hoc non sufficiet; geminari posset classis ea, quæ sic numero abundaret. Contra verò, si exiguus numerus, vel Auditorum dispositio tot classes, & Præceptores non exigeret; locus erit prudentiæ, ad eum numerum moderandum; ita tamen

ut

ut semper graduum distinctio fervetur : quorum tres ad Grammaticam, reliqui duo ad Humanitatem, & Rhetoricam pertineant. At quæ de classibus inferioribus tum multiplicandis, tum ordinandis, ut earum quælibet intra suos se fines contineat, servanda sunt, habes in Ratione Studiorum.

4. Porro cum in hisce classibus exercitationes varias pro Scholæ gradu, esse oporteat; nulla enim re magis adolescentium industria, quàm satietate languescit: quid in singulis ab earum Magistris præstari debeat, peculiaribus Regulis statutum est. * In universum illud omnibus hujusmodi classibus Constitutiones præscribunt: oportere, ut illarum studiosi Latinum Sermonem sibi reddant familiarem, latinè communiter loquendo (iis Scholis exceptis, in quibus discipuli latinè nesciunt) & stylum scribendo, ac prononciationem composita benè prononciando, expoliant: & sua etiam statura tempora habeant ad disputandum. y

At in Ratione studiorum distinctiùs eadem traduntur: & I. Quid in Prælectione servandum sit, exponitur R. Prof. inf 27. 28. 29. II. Scribendi argumentum quale dictandum, quomodo recognoscendum,

Z 4

ib.

t P. 4. C. 13. B. & St. R. Prov. 21. & R. Præf. inf. 8. & R. Prof. inf. 12. 13. & R. sing. class. inf. à Rhet. ad inf. Gramm.

Exercitationes præscriptæ.

u R. Prof. inf. 24.

x St. p. 118. &c.

y P. 4. C. 6. §. 12. 13. & C. 13. §. 3. & R. Prof. inf. 18.

ib. R. 20. 21. 22. 23. 24. & 30. III. Exercitatio memoriae, & Repetitiones, ib. R. 19. 25. 26 & 36. IV. Disputationes, R. Præf. inf. 33. & Prof. inf. 31. & 34. V. Declamationes, aut solemnes, & raræ, aut privatæ, & frequentiores. R. Præf. inf. 32. & Prof. inf. 32. 33. VI. Emblemata, & Carmina propalam collocanda celeberrimis aliquot diebus, sed prius recognoscenda. R. Præf. inf. 3. & Prof. inf. 32. VII. Ad excitandam diligentiam discipulorum munuscula, seu Præmia quæ danda, & quo aliquando apparatu, numquam verò nostro sumptu; & qui Magistratus creandi. C. 1. D. 123 & Stud. R. Rect. 14. & Præf. inf. 35. 36. & Prof. inf. 35. & 39. Leges verò Præmiorum solemniū St. p. 100. VIII. Comcediæ, & Tragœdiæ rarissimè agendæ; & non nisi Latine, ac decentes, numquam verò in Ecclesia; nec persona muliebris inducatur. R. Prov. 28. & St. Rect. 13. IX. Diebus feriatis habendæ exercitationes inter Academicos, tum Grammaticæ Auditores. Academiæ R. St. p. 169. & 171.

*Quamdiu in
Scholis singulis
immorandum.*

5. Demum spatium temporis in Literis Humanioribus insumendum, propter ingeniorum varietates, aliasque causas, non est limitandum. Videatur autem, an ingenio

genio valentibus dimidius annus in quavis quatuor classium inferiorum sufficiat, & duo in suprema, complectente etiam Rhetoricam. *a* Quam quidem Rhetoricæ facultatem curandum est, ut Alumni nostri, sive Convictores, annum audiant, antequam Philosophiam aggrediantur. Ceteris quoque Externis idem suadendum, sed cogendi non sunt. Si qui tamen planè velint ad Philosophiam accedere, posset cum illis agi, quod in Constit. L. D. Par. 4. Cap. 17. statuitur. *a*

6. Et quidem Rectoris erit per se, vel per Cancellarium, semper observare; ut qui novi accedunt examinentur; & convenientibus singuli classibus collocentur, ejusdemque discretionis relinquitur (auditi sententiâ eorum, qui ad id munus designati sunt) quamdiu quisque in qualibet facultate versari debeat. *b* Porrò in admittendis Scholasticis ad inferiores classes, iisdemque ulterius promovendis, serventur R. Præf. inf. à 9. usque ad 26. ubi statuitur neminem, eo quod ignobilis sit, & pauper, excludendum; arcendos verò nimium teneros, & prorsus ignotos, & ab infima classe provectiores ætate.

a P. 4. C. 15. §. 1. & A.

a P. 4. C. 5. §. 3 & C. 13. E. & St. R. Rect. 12.

Per quem, & quomodo in suis classibus Scholastici collocandi.

b P. 4. C. 5. §. 2. 3. & C. D. & C. 13. §. 4. & E. & C. 15. §. 1. & A. & C. 17. §. 2.

SECTIO